



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

22. S. Helenae insula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

21.
S. Helenæ
insula.

Lusitani Cocino Vlyssiponem referebant; eas tam fera corripuit tempestas, ut earum unam cum sexcentis vectoribus hauserit; alias diu multumque vexatas in S. Helenæ tandem dimiserit. Ea est tenuis in vasto circumquaque Oceano insula, milliarium vix trium ambitu, sed nautis carissima, reficiendis nauigantibus, & aquationibus opportunissima, cœlo peramœno, verè perpetuo, ferarum & fructuum locuples, denique leuandis vectorum arumnis peculiari Dei beneficio parata, cui & hanc reponunt hospitij gratiam, ut nouæ arboris alius surculum; plantæ alius granum in ea depangat; noua quidam relinquunt animalia, quæ illic omnia lato pronentu sobolescunt. Eam incolebat spontaneus extra mundum exul eremita, qui tamen Dragum piratam Anglum minimè vitauit; narrabatque Ruggerio abductum sibi ab eo fidelem socium; de se idem futurum fuisse, nisi subterraneo cauo latuisset; distectam cruce matmoream, cum sacra ædícula, & gloriosi nimirum facinoris monumentum, inscripta corticibus arborum, prædonum illius nomina. Hinc autem reuicta de Drago fama mendax quæ illum tota India cantabat per lustratas Sinarum plagas Septentrionem versus, nouum iter circum Tartariam nauibus pandere, perque recens apertam Zemblam, & glaciale Oceanum suæ se Angliæ reddere. Post dierum viginti stationem, & celebratam diuino epulo à vectoribus omnibus Pentecostem, ex S. Helenæ ad Corui insulas feliciter nauigant. Sed illic à nauibus Anglorum, acerrima tridui impugnatione fatigantur ut in altum propulsi inuoluerentur media ipsorum acie quæ illic prædæ inhiabat, insitere nihilominus tuto itineri aduersus crebros tormentorum iactus quoad portum Terzera in insula subirent, ubi grauissimè pereclitati sunt, vento immani iactatum anchorarum rumpente cannaba. Sed nauis tandem exitio qua Ruggerius vehebatur, reliquarum periculum desit; fractis hæc anchorariis quinque funibus, & relictis in fundo quibus firmabatur anchoris, in saxum impacta dissiliit; emeris nautis, & paucis mercibus; eorum pars quæ tradiderat Ruggerio Valignanus ad littus enatauit: inde superstitem nauium vna Ruggerius Vlyssiponem denique tenuit ad decimum tertium Septembris anno 1589. Illic cum Albertus Austriacus Cardinalis, humanissimè habuit, Madriti verò Theotonius Archiepiscopus Eborensis; Bragantiæ Dux; Demum ipse Philippus duarum horarum spatio de Sinis audiuit enarrantem, & Valignani consilium de legatione maximè probauit, ad quam suis in vrbe Oratoribus mandauit suam Ruggerio operam commodarent. Romæ dies egerat quindecim, cum Sixtus V. è viuis abijt; paucis inde diebus Urbanus VII. post etiam Gregorius XIV. & Innocentius huius nominis nonus, nec erant hæc funerum impeditissima, & breuissima interualla rebus agendis propitia, sed neque ad clauium Ecclesiæ sedentem post Innocentium, Clementem octauum interpellari hæc legatione tunc satis probabat Aquaiua Societatis Generalis, qui dum aliud affulgeret, secessum Ruggerio suasit Neapolim ex qua natus erat. Illinc

23.
Legationis
negotium
euanescit.

non